Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8261
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

samentu ex tali Alius modus
est extrantur vue inmature
et extrahatur succus et ille ponatur
in vase cum modico salis. Deinde
ponatur in sole per iij aut vj
dies et reservetur per annum, et il-
lum modum servat ytalici. Tercius
modus capiunt vue inmature
et ponunt ad solem iij aut v dies
postea exprimunt succum et ponunt eum
vase ad solem **De complexione et natura** notandum quod est fri. et sic.
complexionis in primo gradu **De operatione et proprietate** notandum quod agresta
valet ad clarificandum visum, et
ad prohibendum fluxum materiarum
ad oculos Unde fiat ex ea collirium
quod confert. Notandum quod aliqua
thuria preparatur cum agresta sive
cum succo recenti, et illa plus valet
quam illa que preparatur cum aqua
rosata, propter agrestam per se con-
ferre oculis debilibus, Item in au-
ribus ex quibus sanies egreditur
valet Item agresta mixta cum mel-
le, valet ad confortandum gingiuas
relaxatas. Item in sputo sanguinis
proveniente ex ruptura vene Et
valet contra pulsum cordis et ebulicionem
sanguinis in ipso, quare multum convenit
datur in pestilencia sive ille succus
sit liquidus quia de novo expressus
sive exiccatus qui reservatur per tempus
Item valet ad debilitatem stomachi prove-
niente a caliditate, et contra vomitum
colericum quia constringit et alterat
Similiter valet contra solucionem coliricam
Item corroborat appetitum stomachi
removet enim humiditates malas
constringendo, et quia mulieres pregn-
nantes habent multas malas su-
perfluitates deicientes appetitum

earum ideo ipsis confert. Primo
prohibet sincopim earum Item
valet in ulceribus intestinorum et valet
etiam in fluxu humitatum a mi-
ce, In istis enim casibus docet docto-
res facere clistria ex agresta, Item
ex ea et aceto modico fit linime-
tum, quod valet in ulceribus scrandulentis
et in fistulis

Alcanna est quedam planta
habens folia similia foliis
olive. Verum sunt latiora
et molliora et viridiora, et habet
florem album tendentem ad glau-
cedinem. et est boni odoris acuti
et producit semen nigri coloris
et in mediamus grec verum folyos
extremitatibus sive sudtatibus, et
reperitur in partibus transmarinis
et est in sicilia, et aducit ad
nos pulverizata, quia sic ad diversas
regiones portatur, et est ille pulvis
sub nigri coloris **De operatione et proprietate** notandum quod valde mundi-
ficat cutem, et eam attenuat etiam
per totum corpus. Unde volens mun-
dificare cutem, eat ad balneum
et abluat se cum aqua calida, Deinde
inungat se cum alcanna mixta
cum albumine ovi et aceto. et paulo
plus partes inuncte abluantur
cum aqua calida et hoc contineatur per
quatuor dies. Unde primo die partes
inuncte apparent multum difformes
postea continue minus, et quarta
die apparent multum lucide et nitides
Item valet ad colorandum capillos, Unde
si debent fieri rubei tunc commisceatur
cum aqua et modico aceto, et fiat
linitio capillorum et permittantur
sic exsiccari, Deinde iterum liniat
et permittat exsiccari, et hoc

De complexione et natura notandum quod secundum Aviciennam est frigida complexionis in primo et sicca in secundo